

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 55. 1) Protestatio nova non giguit iura.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

S E C T I O V I .

Effectus factae protestationis.

§. 55.

1) *Protestatio nova non gignit iurā,*

Ex facta protestatione nova minime descendunt iura, id quod jam supra (§. 10.) observatum est; sed ista protestatio non nisi ad conservanda iura, quae absque eadem competebant, tendit. Si igitur jus, quod conservare possis, non adest, vel si idem legi cogenti vel alterius juri quaesito adversaret, effectus protestationis omnino nulli sunt. Omnes ex hac regula generali derivare effectus minime necessarium puto.

§. 56.

2) *Nec igitur praescriptionem interrumpit,*

Unum tamen momentum praeterire nequeo intactum, saepissime scilicet jam alias agitatum. Disquiritur, num protestatio ista cursum praescriptionis cambialis interrumpt?*) Affirmant plures et leges et auctores **). Negando vero respondet ad eandem quaestionem per ill.

G M E -

*) Leges particulares in duas partes discedentes vide in FRANCK, inst. j. camb. L. II, Sect. 4, tit. 3, §. 30.

**) Plura loca huc pertinentia collegit RICCIUS in exerc. X. Sect. 5, §. 50, 51, 53., qui et ipse hanc quaestionem affirmare studet.

